

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

405. De B. Francisco Borgia Soc. Jesv. De tribus actionibus hominis Deo  
dicati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

## O C T O B E R.

## M E D I T A T I O C C C C V .

D e B . B o r g i a S o c . I E S U .

D e t r i b u s A c t i o n i b u s h o m i n i s D E O  
d i c a t i .

**A**spiciam B. Borgiam, per calcato gustus & honoris idolo, anhelantem velut cervū ad compensandum, quod neglexit in seculo, obtinendum, propter quod se dicavit DEO. Petam agnoscere actiones ejus.

**C**ons. 1. A quo æternam vitam, Christique passionem meditando agnovit B. Borgias, ex illa fructum retulit non peccandi impostum, ex hac D. J E S U M amplius amare, imitarique decrevit. Et quia vitam Religiosam iudebat esse mortem quotidianam 24. vici- bus iteratam; ut exemplo doctrinam suam confirmaret, parum ei fuit quotidie semel mori, nisi continuè sibi moreretur.

**C**ons. 2. Quanto se odio persecutus fit; quia qui sibi displicet, Deo placet; Deus enim amat virtutem, & præsertim humilitatem ac veritatem. Displicet sibi, qui se agnoscit servum inutilem; ideo B. Borgias quatuor sibi titulos ordinariè dabant: bestiæ, peccatoris, dæmonis, nihil negans se dignum terrâ, aëre, vitâ, existentiâ.

**C**ons. 3. Quantâ asperitate in se sævierit,  
dum

dum sanguinem verberibus, lachrymas præ dolore, odioque sui tam copiosè elicuit, ut à S. Ignatio cohiberi debuerit. Subinde aquam culinæ ore hausit in lebetum extersione. Sputa in faciem ab alio projecta læsus exceptit; & quia morbos mortificationi præculit, quod plus haberent doloris, minùsque amoris proprij; expertus est morbos ipsis medicis incognitos, in quibus amiores medicinas deliciosè masticabat.

*Conf. 4.* Quomodo honori renunciaverit: quia septies oblatum Cardinalatum toties rejecit. Sub pedibus Judæ habitavit: domum suam infernum pretio peccatorum comparatam dixit. Rogatusque à dæmonе apparente, ut se coram eo confunderet, annuit, quod propter unicum peccatum dæmon sic cruciaretur, cùm ego, inquit, tot commiserim; lætusque propterea moriebatur, quod sibi D E V S dedisset vitam humilem, & mortem aeternam Obedientiæ perfectam: nam à Gregorio XIII. missus ad Principes conciliandos, morbo correptus est lethali.

*Conf. 5.* Si B. Borgias ad tantam sanctitatem evectus est mortificatione, & meditatione læpe ad sex horas productâ, occupando se primis duabus horis in sui accusatione & despicientiâ, & quotidie sanctissimam Eucharistiam frequentando (de qua inquit S. Gerar-

Die SS. Simonis & Iude, 721

Gertr. lib. 13. cap. 70. Impedit delicias Domini.  
qui à communione arcet) eò vicinior ero in  
cœlo B. Borgiat, quò minus ab ejus imita-  
tione absfuerō.

### MEDITATIO CCCCVI.

Die SS. Simonis & Iude.

*De mundi vanitate fugienda.*

A Spiciam sanctos Apostolos re & affecta  
sublunarium contemptores, instar cœ-  
lestium Regum, illimes ab omni fæce terrena.  
Petam eos imitari.

Conf. 1. Sanctos Apostolos de mundo non  
fuisse, quia mundum, & omnia, quæ in mun-  
do sunt, despiciebant, quia non secundum  
mores mundi vivebant, quia mundus eos  
persequebatur, quia Deum diligebant: ita  
interroganti Judæ Thadæo, Joann. 15. Do-  
mine, quid factum est, quia manifestatus es  
nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesu,  
& dixit ei, si quis diligit me, sermonem meum  
servabit, & Pater meus diligit eum &c. S. Au-  
gust. hic. Causam querit, quare non se mundo,  
sed suis manifestatus sit? Respondet autem  
Dominus, quia hi diligunt, illi vero non diligunt.

Conf. 2. Si mundus persequitur Bonos,  
præstat mundum nôsse, quam experiri: quod  
serò est, sapere. Agnoscitur autem, si aspicio-  
tur mundus, quod sit aëris infectus, & nocivus,

Hu sumus